

immediate et pleno jure paruisse Fuldæ ex eo demonstrat, quod cum Re-
liquiae Holzkiricha Fuldam transferrentur, *Sanctimoniales de Monasterio*, Wirce-
burgensis Diœcesis, ^{burgensis}
quod vocatur Zellinga, cum crucibus et cereis egressæ comitantes eas suscep-
rint, inter quos Rudolphus, qui hæc annotavit in Vita Rabani, ipse fuit.
Recenset deinde miraculum in Mathildæ Abbatissæ ancilla factum; sed reti-
cet, quod Rudolfus habet, adfuisse inter spectatores hujus miraculi *Regi-* Cl. Schan-
nolfum Presbyterum Humberti Episcopi, qui ascenso editiore loco mulierem ^{natus ter-}
sanam in divina laude clamantibus ostendit, ut gesti miraculi multi testes, ^{tio Rudol-}
multi Dei fierent laudatores. Hic ergo Reginolfus Humberti Episcopi Wir-
ceburgensis vices gesit, Reliquias suscepit et miraculo, earum ope patrato,
fidem fecit. Auctoritatem inde Humbertus Episcopus Zellingæ habuit,
locusque in Diœcesi Wirceburgensi, non minus ac ipsa Holzkiricha, fuit,
licet a Fuldensibus possideretur. Decimas etiam Episcopales ibi habuit,
quia inter loca decimalia Ratgario Abbatii a Wolfgario Episcopo in Diœ-
cesi Wirceburgensi concessa Zellinga non nominatur. Cl. Schannatus non
reticuisset Reginolfi nomen, nisi ipse jam vidisset, ejus præsentiam et aucto-
ritatem vice Humberti Zellingæ exercitam suæ Diœcesi et Hierarchiæ of-
ficere. Cum Buchoniam veterem scriberet, nondum de enormi jurium
Fuldenium extensione cogitarat; unde ibi Rudolfi locum integrum et non
mutilatum, ut hic fecit, ante oculos lectorum posuit.

LVIII. *De Ecclesiis collegiatis immediate ac pleno jure Ecclesiæ*

Fuldeni subjectis, pauca dicam, cum sciam plura alios de iisdem allatu-
ros, et jam pateat, plerasque aut Archiepiscopo Moguntino, aut Episcopo
Wirceburgensi, prout horum Diœceses protensæ erant, in spiritualibus
subjectas fuisse. Pag. 208. ait, Carolum M. *vastam illam campi planitem*, ^{Carolus}
qua sylvis circumdata, dextrum Hunæ fluvii latus versus Septentrionem, ^{M. va-}
occupat, in Ecclesiæ Fuldeni dominium liberali sua donatione, anno 782. ^{stam pla-}
Carisiaci facta, transtulisse. Caroli tamen Magni Præceptum Tradit. Fuld. ^{ad dex-}
cap. 67. insipientibus statim in oculos incurrit, eum non *vastam planitem* ^{tram Hu-}
illam; sed Monasterio S. Salvatoris *infra vasta Bochoniae super fluvium Ful-* ^{ne jace-}
da constructo campum, qui dicitur Unofelt cum sylvis suis perpetualiter tra- ^{tem Ful-}
didisse ad possidendum. Ipsa vox *campi* indicat, locum donatum non fuisse ^{denibus}
vastam planitem, sed spatum modicum sepe vel indagine incinctum. ^{non do-}
Campus enim idem significat ac *propriatio*, *bivanc*, *capture*, *septum*, *compre-* ^{Campus}
hensio aut *ambitus*, quas voces Cl. Schannatus in Buchonia vetere pag. ^{est certa}
325. non male exposuit. In Saxonia inferiore et Westfalia adhuc *kamp* ^{agri men-}
dicitur pratum vel aliquot agri fossa aut indagine vel sepe ab aliis separati. ^{fura sepe,}
Origenes in *Cantica canticorum Homil.* 3. scribit: *Campus planities terræ*
dicitur, cui cultura adhibetur, et quæ excolitur ab agricolis. Tabularium ^{indagine}
S. Remigii a Cangio citatum: *Sunt ibi campi 17. ubi seminantur frumenti*
modii filiginis 30. Vox Germanicæ originis est, et a ge, con, et hagen vel hain
ham, indago, composita; sicque proprie denotat spatum *incinctum*. Galli
et Itali *champ* et *campo* eodem sensu adhibent. Episcopos Wirceburgenses
Hunofeldi potestatem Episcopalem habuisse, concluditur iterum ex saepe ^{Hunofel-}
citata Conventione Wolfgarii Episcopi cum Ratgario Abate de deci- ^{dum}
mis. Cum enim Wirceburgensi diœcesi comprehendetur Hunofeldum, ^{Diœcesis}
Wolfgarius ibi etiam decimas sibi deberi putabat, nec injuria. Conventum ^{Wirce-}
tamen est, ut cum *Cella*, quæ vocatur Huniofeld, Abbas haberet VI. *villas* ^{burgensis}
Hrosbach, tria Haselaba, Hunioham, in quibus decimas reciperet, ut inde
nempe *Cellæ* noviter erectæ Monachi sustentarentur; quæ tamen villæ ^{fuit.}